

# THEATRUM ET EXAMEN OMNIUM DECISIONUM Regni Neapolitani ,

In quo universæ prædefinitiones dialetoico , & arguto , eruditæque schemate  
legalibus principiis enodati exanimantur , feraciusque probantur ,  
magna ex parte accurate conciliantur :

Quinimò unicuique definitioni pro ipsius illustratione , nonnullæ facti species insitæ sunt ,  
in quæs alienè differtantur nitiones :

Inde est , quod amplius bis centum , & mille practicabiles Articuli , qui in Senatu  
Neapolitano decisi fuere , affatim comprobantur .

A U C T O R E  
D. MATTHÆO SURRENTINO CAVENSI  
S. T. & U. J. D. ac in Reg. Neap. Academia Juris Interpretate -  
O P U S

Et erudito Judici , & Patrono pro atroxando scripto , pro Clientibus defensandis  
suis , ac Tyronibus Senatus apprimè necessarium .



NEAPOLI In Nova Typographia Michaëlis Aloysii Mutio M. DC. XCIX.

SUPERIORVM PERMISSO.

Venundantur in Bibliotheca Francisci Antonii Petazzii .



ILLUSTRISSIMO DOMINO  
D. ANDREÆ GUERRERO  
DE TORRES

Hispano, Equiti Ordinis Alcantarenis, à Consiliis Catholicae  
Majestatis, & in Regio Collaterali Regiam  
Cancellarium Regenti.



Irrutis ne ipsius ingenio quodam fieri dicam; an scrip-  
torum consilio, an utroque (eques illustriss.) ut sta-  
tim ac quid quis in lucem edere statuit, illud in primis  
diligenter excogitet, cui nam potissimum suas inscribat  
lucubrationes? nec sua in publicum predire studia pa-  
tiatur, nisi alicujus præclarri viri nomine insigita: sive  
ut suus ne definit literis mecenæs, quo uno marones  
inveniri posse dixit argutus ille in primis vates; sive ut ea officiosi  
animi pignora tamquam vota quedam jamdiu præconcepta, honoris templo  
sacret; eadem opera, & lue consulturus famæ, & novis semper antiquæ  
amicitiæ debitibus satisfacturus; sive demum ut invidiæ obtrectatione; im-  
peritorumq; fannis impotentibus, ad quam confugiat aram habeat; quasi  
verò vulgo se credere pallas reformidet, nisi Jovem aliquem nacta, cuius  
falsina sua pugnent securitati. quidquid illud sit sapientissimè factum,



D. MATTHÆI  
SURRENTINO  
THEATRUM.  
ET  
EXAMEN  
Omnium Decisionum Regni Neapolitani.



IN ANTONIUM CAPICIUM.

DECISIO I.



**N**Causa Domini Comitis Triventi cum Domino Andrea de Ebulo super executione cuiusdam Decreti, lati in Magna Cur. Vic. contrà præfatum Dom. Andream. Primi videndum est, an executio allerti Decreti impedit possit ob ejusdem Decreti iustitiam, cum in eo contineatur sententia, olim lata in eadem Magna Cur. contrà quondam d. Carolum de Ebulo, ejus patrem, super turbatione possessionis cuiusdam territorii, & sic super interd. retin. esse exequendam contrà ipsum d. Andream. *Hec Antonius Capicus.*

AUTHORIS EXAMEN.

*Prædicti Species.*

**S**Entencia in interdicto, *sic posse debet*, contrà defundum lata, que in rem transisse perhibetur indicatam, nonquid adversus ejus heredem exempli exequenda sit, ac per consequens nulla reposcenda sit hæreditis citatio ad edifferendum, *Contra quare*, (uti Nolirates

eloqui assolent) sententia hujuscemodi execu-  
tioni demandanda non sit.

S II M M E. "

A' num. 1. usq; ad 5. Thesis prædefinitio.  
A' num. 5. usq; ad num. 23. ejusdem Thesis  
probationes.

A' num. 23. usque ad fin. obiectiones, carum-  
demque solutiones.

A

Ex